



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

10. De stylo Miscellaneo & Antiquario.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

perturbationem roboris, & elementia tua, ruptis vinculis furor emicuit: & euisceratas diurna quiete mentes occasionis pabulo subiugavit.)

Nonnulla fateor hic dulcissimè reident: vt, Adhuc blanda erat imago pubescentis, nec ringens faciem lanugo vestiebat. Sed tamen quam saepe cum vino fecem bibere coguntur, qui isto genere delectantur.

Nam rupta elementia vincula: & euiscerata quiete mentes, & occasionis pabulum, cui tandem, nisi deris auribus placere possunt?

Quis verò blanditas nominet? (Vellem ad orationis terminum victus gestorum tuorum enormitate descendere, & nouellas adoras hebetatus priscorum luce transire.)

Sed esto: plauerunt ista Gothico saeculo, & glacialibus (vt ipsi aiunt) sibiris; minimè enim mirandum est. Hoc magis miror, quod Ennodius Ciceroni parum æquus aurum Demosthenis, & ferrum Ciceronis appellet, & Arpinatem (sic enim nominat) loquacitatis Sidonium infimulet. Et quis stylus eo, in quem teporis iniquitate magis, quam sua voluntate deuoluit sunt, loquacior est, aut durior? Scilicet vbi Cicero habet, *Languius iuuentus*. Sidonius *Mussinat iuuenium nostrorum calcata generositas*. vtrum loquacius? Vbi Cicero *Terram*, aut *herbas areferet*. Ennodius, *Cui si vorium negentur afflatus, fatiscat vt terra, cui caelo nihil liquitur, nec venas suas iuoco bibali humoris infundit*. vtrum tumidius? quam verò inflata sunt, & rudia?

*Eat nunc, & cedurnatus relationibus Alexandrum talis antiquitas, cui famam opulentiã peperit, alios loquentissim, vt per aditricem facundiam videatur crescere rebus mundicia. laudatio: si Attica breuitas laudanda est, num vno verbo dici poterat Alexandrum sua fama minorum extitisse?*

Miror quomodo se Atticos etiam penè dicere audeant, qui hanc styli rationem imitantur, modo ampullas istas obsecris aliquot, & tortis sententijs, quas vocant acumina, tamquam scilamo, & papauere aspergant. Distant certe ista ab auro Demosthenis, vt ab ære lupina.

Et tamen quantus est etiam hoc saeculo apud vernaculos scriptores huius styli pruritus? Nihil opus est in tanta scriptorum multitudine nominare quemquam, nimis occurrunt, nimis dulcibus vitijs apud imperitos, & similes leguntur, & placent: vti nam qui hanc

insanam dicendi licentiam sequuntur, Illu- *Qualis sty-*  
striff. Cardinalis Perronij, atque integerrimi *lus Caris-*  
Procancellarij Verrij scripta legerent, & imi- *nalia Perro-*  
tarentur potius, quam suo ingenio indulgeret. *nij.*  
Hos enim vitios *reverti il quanta no man, &*  
*paria Gallicana gloria ingenis felix egyptiarum*  
mentiam partu hoc saeculum dedit, quos mi-  
rari facilius est, quam laudare.

## De stylo Miscellaneo, &amp; antiquario.

## CAPVT X.

Vt vitia vitijs agglutinantur facillimè, ex eo *Styli Mi-*  
stylo gradus saepe fit in altum, qui vo- *scellans, &*  
catu: Miscellaque: Nihil illo monstruosus, *Antiquari-*  
quippe non vno duntaxat errore contentus o- *charact.*  
mnes omnium sordes complexus est. Itaque  
modò inflatur supra cothurnos etiam tragi-  
cos, modò infra focum repit, modò dulcis  
videtur, & hilaris effluens, modò instat tor-  
rentis ad saxa violentor: alii strepere non de-  
sinit; Hic particulas versuum concisas videas,  
illic graecanica ereberrimè permixta. Hic ef-  
fossa penitissimè antiquitatis iudicibus voca-  
bula, illic noua, & recentior cusa, nonnulla et-  
iam miro schemate interpolata. Alias graui-  
tatis personam affectat, alias lasciuit puerili-  
ter, mox etiam succedunt frigora, ac nives: &  
quidquid in stylo prudentes verentur, ad  
summum fit

*Monstrum horrendum, informe, ingens, cui la-*  
*men ademptum.*

Talis est pierumque Criticorum, non dico *Critici he-*  
illorum, qui sunt melioris notæ, sed leuitem, *ratio labo-*  
& audacium styli, de quibus dubium est tu- *rans.*  
morene magis animi laborem, an orationis;  
vidi syllogitam aliquem cuius nomini & fa-  
ma parco, qui D. Augustinum his verbis re-  
prehenderet.

Augustinus litterarum sacrarum proculambio *Critici cu-*  
princeps, & vexillarius factio, pudendoque errore, *iusdam fa-*  
misereque, & pueriliter hallucinatus est, & quod *sius & sty-*  
mirus, non mentium incognibili macula. Vtrum *lus.*  
os turpius, an stylus? Esto errauerit (quod  
tamen rectè negari potest, & accuratius in  
Criticis expendi) ideo ne Diuus ab homuncione  
ita fuit perstringendus? Non satis fuit  
dictum factio, pudendoque errore addendum et-  
iam misereque & pueriliter. En quò gramma-  
ticum ingenium pudore, & moderatone  
destitutum prorumpit audaciæ! En quibus  
sanctorum Patrum in tot gloriofis laboribus  
ver-



versata canities, vellicanda præbetur: sed ad stylum redeamus, & in eodem, vitiorum, quæ descripti inueniamur exempla. Augustin & Liviarum sacrarum, inquit, præculdubio princeps; & hoc rectè statim fœdat nitorem his verbis, mirius & incognitibili macula: ex qua enim effodit maceria? addit, tamiam liuidulorum latratulum, ut eleganter inquit Apollinaris, cote lituoris acuminatas linguas, qua utilis est garrire sciunt, illud loqui nesciant, garrire conspicio. Sic enim in eius commentario scriptum inuenio, & hoc elegantiam vocat.

Inquinatis  
sini styli  
exemplum.

Illud subinde, & idemdem Plinianum enometes, suspensio arborem eligendam, cum in Theophrastum hominem in eloquentia tantum, ut nomen ditinum inde inueniret, scripsisse etiam Leoninum foeminam constat. Exemplo pari hi blaterones, subditi supercilij vituperones, qui quod ignorant, eleuât, me vellicabunt, taxabunt, & demorsicabunt, qui spreta viri in omni doctrina tanti, eiusdemque apothefi, obstrigillari tantillum, & indodus uideam. Catorum relictu, ut inquit Plinius, excusioni sua hominum turbis, ad occulta redeamus. Nos enim ingenue profitemur, nec ut Ciceronianam dictionem usurpamus mugimur, atque tergimur, amamus, quin multa sunt, qua seuis non omnia sigillatim nouimus, ita non omnia nescire. Habet in re simili Heraclitica vi paraxia, de qua meminit Aristoteles in decimo libro de animalibus. Eam dixisse ferunt Heraclitus (Sic enim in eius commentario legitur, quamquam benigne interpretatus, malo errorem librarijs imputare) ad eos qui cum alloqui eum uellent, quod forte in casa quadam furnaria calor gratia sedentem uisissent, accedere temperarunt. Ingressi enim eos fidenter inffit, quoniam, inquit, na huic quidem loco Dij iuri immortalis. Eodem dillerio in temperiem horum libitinarum ratiolorumque rabularum diluam. Ut affirmem nostra hac non nimum nihil esse, quin saltem subsit aliquid prohi, & intelligi, & si ornatus aure, Nec ma. utina si mihi fronte uenu. Abunde vitiosus est hic stylus, & ipsum penè vitium. Vis ampullas, & tumores? Cote tumore acuminata lingua uellicant, taxant, demorsicant, & quod ex Ciceronis epistolis usurpat, muginamur. Qui uenit homini in mentem, ut istud uerbum conquireret: Omnia, credo, Ciceronẽ leges, culta, facûda, & plane aurea prætermisit: In hoc uno quod eû Attico suo familiarissimè iocatus dixit ex Lucilio, hæsit auidius, & quasi gemmâ inuenisset. Itam suis cetonibus inuexit Quid aliud uiscæ faciunt que ut ait D. Bassilius, potissimum manus eadorem celerrimè

percurant, eoque minimè efficiuntur: At si quid forte scabiosum inuenerint, hoc delicias suas ratè suauius deosculantur: Ita hic author lectissimas quasque Ciceronis dictiones præteruolat, hoc quod per iocum dixit, Lucilium referens, arripit, & non mugimur, inquit, hæc profecto, si nihil aliud est, kans uida est, quam importuna. Vis deinde Parenthysum? exclamat in nugis Libritinas rabiososquo rabulas, vis puerilei Liuidulorum latratulum: Non nimum nihil: aliquid prohi & intelligi. Vis poetici? Candidus aure. Marutina fronte. Vis frigidum? In casa furnaria Heraclitus dixit, Deces esse immortales. Igitur & in meo scripto, quibus D. Augustinum castigat, aliquid erit prohi & intelligi. Num hoc Scythica hyeme frigidius? quid deinde illa antiquitatem perpetua, ubi nihil opus est, & affectata prungo, aliud arguit, quam iuuenilis ingenij ostentationem? At dices hæc tantum in Criticis: imo etiam in epistolis ad amplissimos viros, in quibus uerecundia, si inquam alias, & nitor accuratæ dictionis requiritur. At ille (tata est huius styli, ubi præterentes animos semel occupauit, insania.) Accipe splendidissime Protonotarie, colende Patrone, hæc quæ liacunque annotamenta, quæ sub nomine tuo uires uti tutiora sint, & gratiora calchytypis notis dispalescere, in unigarique curauimus, & fortassis ab hoc legentur, quoniam tui nomini uenerabili, micantissimo, radioso, per ora cuncta diffusili dicata sunt; siquidem genius est operis, & perennitas æuiterina, Principi opus dicare, qui Deus terrenus est, & mortalis Iupiter, qui uno tantum minor est Ioue) Num uidetur ad Luciani Sospolin hic stylus remittendus? Sed minimè mirum est, si ita loquatur auctor, qui Lucium Apuleium florentissimi styli, nitidissimi que characteris scriptorem nominat. ò tenebras! Deinde librum suum ita alloquitur:

Stylus est  
solaris ad  
disime, & Ultramontane Marchio reuerēdis  
sime Protonotarie, colende Patrone, hæc quæ  
dos ampliffi-  
mos vires  
determinat.

Ad Luciani  
Sospolin  
hic stylus  
remittendus  
ut eiciatur  
omnino.

Libet, Hannibato genio suffulcus, & aura,  
Nec tu nasurum Rhinocer. ra time.  
In uida doctiloquus poterit mag. esse Philippo  
Quam fieri possit amula posteritas.  
Hæc auctori, ne quid acerbis dicam, & famiorem stylum, in discutendis sanctorum scriptis, maturius iudicium, aut moderatiore uerecundiam defuisse arbitrator. Sed tamen hæc Cur stylum dicendi ratio tam insana multos oblectat, antiquariis Quorsum habet speciem aliquam etuditionis, sequantur dum diuersa antiquorum authorum figmenta nonnullis coagmentat, arripit etiam obscureissima qua-

Aduersus  
eos qui pra  
clara quæ  
prætermis  
tentos uici  
da seligunt





*Stylus doctus, & antiquarius. Sidon. ep. 7. l. 1. Idem ep. 7. l. 1.*

*Hoc stylo describitur villa Apollinari li. 2. de qua in descripe.*

*Stylus proverbialis.*

*Aide Terull. lib. 4. aduers. Marc. c. 2. aduers. Valent. c. 3. ad Martyr. c. aduers. Valent. 16. Polybium, lib. 16. Hermog. de Idou. c. 6.*

*Antiquitate acuminibus mixta, & nescio quid florida dictionu. Ennod. in*

que adagia, & tenebrosas historias, & iactantiam eruditionis prope puerilem. Hoc enim caractere potissimum dignoscitur. Multa huiusmodi sunt apud Sidonium Apollinarem. Ennodium, Apuleium, qualia sunt ista. *Hac enim fronte possemus fluminibus aquas, syluis ligna transmittere*, parum est ita eloqui, quod ille vno verbo, *noctuanam Athenas*. Addit, *Hac enim temeritate Apellem periculo, caelo Phydiam, malleo Polycletum muneraramur*, & (Hi sunt quorum comparationi digitiu tollent Narcissus, Asiaticus, Massa, Marcellus, Carus, Parthenius, Licinus, & Pallas. Hi sunt, qui inuidet tunicatis otia, stipendia paludatis, viatica venedarijs, mercatoribus nundinas, munuscula legatis, portoria quadruplatoribus, praedia prouincialibus, flamma municipibus, arcarijs pondera, mensuras allectis, salaria tabularijs, dispositiones munerarijs, praetorianis sportulas.) &c.

Hoc igitur pacto, & saepissime per hanc figuram multas antiquitates varie conquisitas, vna periodo congerunt, & conantur in singulis implicare lectorem.

Alij proverbialia, quae simplici quadam gratia venustate solent orationem, modo, quasi gemmae intermicent, non offundant, omnia, in vnam veluti patinam egerunt, & sic ubi apud Helladium Hesantimorum, Tertullianum, & ceteros later quid occultatum, eruunt, distortantque oblectatam texunt veluti fasciculum. *Et vnde (ingruent) de AEsopi puto A sinu: Lamia turres primom videbantur eius dicta: at postquam ad caemina productus est, non Hieram quidem fecimus, sed statim, ac Mappa missa est, qui Sarrione militator audiebat, visus est Ficulanu, micas infreire. Et penonem cordu loco habere Vbi per lineam caud. in diu terra reciprocavit, tandem illes, iset isly fallator, Hypotrychoram in resspirabile accepit. Haec tam diuersa, & in diuersissimis locis dicta, vno nexu vincunt, vno spiritu pronunciant, quod cum expedissime dicunt, mirandas apud imperitos colligunt in orationibus, qui eas solent mirari impentius, quae sunt ab eorum sensu, intelligetiaque distincta.*

Haec si venustulis figuris, & acuminibus, cum aliqua ridentis orationis lasciuia temperentur, tunc pra gaudio sitientes auriculas abripiunt, qualis est ista Ennodij oratio. Nam praeterquam, quod antiquaria est, delicatissimum florem praefert dictionis. Sed nec formae tuae decus inter postrema nu-

merandū est, quando regij vultus purpura, ostium dignitatis irradiat. Exhibete, Seres, indumenta, precioso murice, quae fucatis, & non vno abeno bibetia nobilitatem tegmina prorogate. Discoloribus gemmis fertū textatur, & quem vehementior vipera custodit, lapis adueniat. Quaecumque ornamenta mundo obsequente transmissa fuerint, decorata venerandi genio corporis plus lucebunt. Statuta est, quae resignet prolixitate regnantem. Nix genarum habet concordiam cum rubore. Vernant lumina serenitate continua; digna manus, quae exitia rebellibus tribuant, honorum vota subiectis. Nullus intempestiue positum iacet. Quia quod agunt in alijs Dominis diademata, hoc in rege meo operata, est Deo fabricante, natura.

Demus iterum veniam saeculo, & illi, qui ista in actu aetatis, & Rhetoricorum, qualia tunc vigeant, studiorū cursu scripsit. Nulla tamen ratione hic stylus in imitationem trahendus est imperitijs adolescentibus, qui in deteriora crebrius abripi solent. Est enim ab eloquentia longe distinctus, & vt liberè fatear, styli morbus quidam potius, quam vlla facundia species, aut solidum gloriae simulachrum. Et quanquam ingenia in hac dicendi prurigne imperare difficillimum est: tamen si quis serio tot prudentissimorum hominū iudicia, qui hanc loquedi rationem condemnarunt, spectare volet, desinet in eo sibi placere, & cum ad ingenij maturitatem adoleuerit, has pueritiae phaleras irridere, nec squallentis saeculi incultam barbariē, potentissimorum ingeniorum disciplinā, vlla ratione putabit anteponendam. Erit autem adolescentibus ab his vitijs cauere facillimum, si ipsis studio: um incitijs vnum Ciceronem, & pauculos, sanosque historicos lectitent, ne nimia docting, quam audius aliquando concupiscunt, ambitione, perpetuam styli iacturam faciant.

De stylo humili & rudi. CAPVT XI.

HActenus ea styli genera persequuti sumus, quae in sensuum, verborumque tumore versantur: nunc etiam ea, quae istis ex aequo sunt opposita, discutiamus. Sed antequam ad optimum dicendi characterem deueniamus, etiam nonnulla quae per defectum contingere solent vitia, sunt obiter expendenda. Occurrat primum styli humilitas, in quam pauci ad-

*Paneg. Theop. Formosi descriptio, Stylo antiquari, ex Ennodio.*

*Quid de hoc stylo sentendum.*

*Quomodo cauendum.*

modum